Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2813
Quelle:
Copyright:

meo &c. Tractatus hic jam alibi indicatus legitur pariter in edit. *Argent. fol.* 49.

V. *fol.* 173. p. 2. *Sequitur Sermo de Annunciacione continens angelicam Salutationem dynkchelſpüchl.* Incipit: *Ingreſſus angelus ad eam* &c. *In illa ſalutacione angelus captat beniuolenciam* &c. Et finit: *ſummus pontifex ut fertur addendum ordinauit.* Non habetur inter Sermones *Nicolai Cod.* DLXXX. enumeratos, neque in edit. *Argent.* licet Expoſitioni Orationis dominicae apte adhaereat.

VI. *fol.* 178. *Sequitur Symbolum Magiſtri Nicolaij de Gretcz.* Initium: *Dilectiſſimi quicunque homo habens vſum racionis vult venire in regnum celorum* &c. Ultima: *nec in cor hominis aſcendit.* Canonicus hic ad D. *Stephani* Academiae *Vindobonenſi* Rector praefuit a. 1437. Ejus memoria extat in *Scriptt. Univ. Vien. P. I. Sec. 1. p. 111.* Ceterum *Expoſitio* haec *Cod.* DCLXXVII. ſub nomine *M. Job. Gews* proſtat.

VII. *fol.* 217. *Secuntur excerpta ex tribus partibus penitentie Magiſtri Nicolaij dynkelſpuchl.* Initium: *Eſt aduertendum ſecundum Magiſtrum 4to Sententiarum diſt. 16. Quod tria requiruntur* &c. Tractatus ipſe extat *Cod.* DLXXX. et edit. *Argent. fol.* 68.

VIII. *fol.* 238. p. 2. *Secuntur Sermones cum aliquibus dubijs de corpore chriſti.* Initium: *Fratres ego enim accepi* &c. *Kariſſimi hodiernum feſtum eſt commemoracio inſtitucionis* &c. Unicus *Sermo* eſt et fortaſſis ejusdem *Nicolai*, quamvis inter ejus *Sermones* hactenus recenſitos non comparuerit.

IX. *fol.* 258. *Septem dona ſpiritus ſancti Magiſtri Nicolai dynkelſpuchl.* Initium: *Egredietur virga de radice yeſſe* &c. *Ex hac auctoritate et aliis ſacre ſcripture et ſanctorum conſtat* &c. Finis: *ſed magis ad pias affectiones.* Opuſculum Noſtro jam a *Tritbemio* tributum in variis Bibliothecis mſ. extat, ut habes in *Scriptt. Univ. Vien. Sec. I. P.* 1. p. 94. et *Fabricii Bibl. med. Lat. L.* IV. p. 29.

X. *fol.* 271. *Sequitur tractatus ſubtilis de Inſtinctu dei et dyaboli.* Initium: *Semen cecidit in terram bonam* &c. Eſt *Henrici de Vrimaria* Erem. Aug. alias inſcriptus *de Inſtinctibus interioribus hominis.* Atque ita extat *Cod.* DLXXX.

XI. *fol.* 283. *Secuntur quatuor nouiſſima Magiſtri Hainrici de baſſya.* Initium: *Memorare nouiſſima tua* &c. *Sicut dicit Auguſtinus in libro meditationum* &c. ut *Cod.* mox cit.

XII. *fol.* 317. *Sequitur tractatus de Scandalo Magiſtri Jeorij de Gyngen et pertinet bene ad materiam de nouem alienis peccatis eiusdem.* Vide ſupra N. 1. Initium eſt: *Ad honorem et gloriam beatiſſime trinitatis atque profectum omnium noſtrum In precedentibus dictum eſt de nouem alienis peccatis que talia ſunt* &c. Finis: *ſed cum bonis et iuſtis introducantur in vitam eternam Amen.* Inedi-